





παλαιολογίας θεραπίας  
S P E C I M E N X.  
DE  
**MOTIBVS CRITICIS**  
IN GENERE  
P R A E S I D E  
**D. IOANNE ERNESTO HEBENSTREIT**  
THERAPIAE P. P. FACULTATIS MEDICAE DECANO.  
LIPSIAE DIE XXX. MAII MDCCXLIX. IN AUDITORIO MEDICO  
DISPUTABIT  
M. HENRICVS OTTO BOSSECK, LIPS. MED. BACCAL.

¶  
**C**oquit equidem natura, et heterogeneum conuertit in  
homogeneum, euacuat equidem, sine coctione, quod  
sola copia peccat, verum, in plerisque exemplis,  
praeuia coctione, purgatione hinc subsecente, sa-  
nat morbos, quibus, sanari posse, sua indole, conceditur.  
Licet enim haud pauci sint, ex aegritudinibus, quibus manu  
medemur, soli artificis industriae parentes, tamen nunquam  
in hoc negotio artifex vñus est, sed viribus vitae ad perficien-  
dam sanitatis procurandae operam, vehementer indiget.  
Quandoquidem autem rarissimi nec nisi mitissimi ex omnibus  
morbis mutando conficiuntur, quandoquidem et in his, quibus  
sola coctio sufficit, plerumque vacuatio quaedam intercurrit,  
proinde opus esse arbitror, vt priusquam illos, quibus con-  
ualescimus, impetus, *motusue criticos*, excutiam, vias, quibus  
ea fluunt, quae mutari nequeunt, indicem, et ipsarum euacuationum  
criticarum differentiam, indolem, modosque agen-  
di, declarem. Tria sunt, quae ad ἀπόηρισιν causarumque  
morbificarum expulsionem, adesse vult **G A L E N V S**, debitam,

A

quae

10

quae organis excernentibus respondeat, materiae consistentiam, organorum omnium robur motumque, et horum singulorum ad diuersos humores aptitudinem.<sup>a)</sup> Haud enim par est, nec ex vitae sanae vel imbecillae legibus fluit, omnibus, sine selectu ac discrimine, locis, purgari quodvis posse, sed partim locorum affectorum in quibus morbi sedes figitur, propinquitas et cum variis colatoriis cognatio, partim morbi et quae illum faciunt, causarum indoles, efficiunt, ut, quod vacandum est, versus hanc potius, quam aliam corporis cloacam destinetur.<sup>b)</sup> Quid conuenientius et propter situm nexumque mutuum educendae causae inflammatoriae, quae intra thoracem substitit, accommodatius *aspera arteria*, quid proprius ad viscera imi ventris, ut illorum res nocentes expelli possint, *intestinis*, ad renum morbos, *vrinariis viis*, ad capitis affectus, quae ex palato, naribus, saepe et auribus destillant.<sup>c)</sup>

Quan-

a) Ἐπειδὴν δέτι δεκνῶδες ἐν ἀυτῷ (τῷ ζῷῳ) τησδὴ καὶ μάλιστ', σταύρῳ καὶ κλινοῖς ιχυρὰν, ἀνιστοι γε καὶ ἀποκρίνειν ἀυτὸν επένδει καθ' ὃν ὁν ἐγκωρῆ μάλιστα τόπον, συναγωμένων δηλούντι καὶ σφιγγόντων τοις ἔντα τὰν μορίων: GALENV de Causis Symptom. Libr. 5.

b) Πέψις ίδια ἐκάστη, τῆς μὲν κάτω γατρὸς τὰ κατὰ Φύσιν διαχωρίματα, τῇ φλεβώδες δ' ἄν γένες τὰ ἔρι, τῶν δ' ἀνοικτευεστικῶν ὅργανων τὰ πτύσματα, κατὰ τὸν ἀυτὸν τρόπον τὰ ἔρι νεφρῶν καὶ ὑριτήρων καὶ κύστεως καὶ καυλᾶς: GALEN. de Crisibus Libr. I.

Συμφέρουτα δὲ ἐπὶ χωρία κενώσεσιν, ἔντερά τε καὶ γατήρ καὶ κύστις καὶ μήτραι καὶ ξύμπαν τὸ δέρμα καὶ πρὸς τάτοις αἱ δὲ ὑπερῶαι τε καὶ ρίνες: GAL. Comm. I. in Aph. Hipp.

c) Τῇ περιπνευμονίᾳ, τὸ διὰ τῆς τραχείας ἀργυρίας ἀναφέρεσθαι τὰ περιττώματα τῶν Φλεγμανόντων μορίων διὰ τὴν θέσιν ἀυτῶν γίνετοι καὶ διάπλασιν, ἐκροήν γάρ ἔχει ταῦτην μόνην: Γαστρὶ μᾶλλον δὲ ἐπιπολάζει

Quando, id, quod in animali mordax est, constiterit, et maxime, si adfuerit illi motus validus, resolutur illud et ad separandum semet ipsum instigat versus illum, qui maxime idoneus, locum, vna agentibus hunc in finem, et in semet ipsas coactis partibus.

Coctio singula, singulo organo, illius quae in imo ventre perficitur, *excrementsa*, secundum naturam, quae ad vasculosum genus, vrinae, quae ad respirationis organa, *sputa*; eodem modo vrinae respondent renibus, vretribus, vesicae, mentulae.

Conuenientia euacuationibus loca, intestina et ventriculus, et vesica et vterus, et tota cutis, et super haec, palatum et nares.

Peripneumoniae, ut per asperam arteriam educantur superfluitates inflammatarum partium, propter situm earum et nexus, accidit, hanc enim effluxionem habent solam: Ad ven-

76

Quantumuis autem, iuxta morborum discriminem, colatorii etiam selectus, siue naturae siue artifici, instituendus est, ut huic vel illi hoc aliudque organon purgationis causa censendum sit accommodatius, Icteri alui deiectionibus, hydropses diurisi, arthritides diapnoe modestisque sudatiunculis felicius cedant; tamen, certi atque definiti in isto naturae negotio nihil ita est, ut vni eidemque euacuationi vnum idemque morbus addici possit aut debeat, sed sexus, aetas,<sup>d)</sup> propria vnicuique homini indoles, vitae genus, constitutio epidemica, regio qua vivitur, et si quid aliud est, quod in variis variat, semper aliquid noui secum afferunt. Satius tamen semper est et maiorem salutis fiduciam facit, si tales viae apertae in morbo fuerint, quae causae eius educendae sufficiunt, quamvis illae in vna aegritudine possint esse variae. Si Februm decursum contemplamur, vix vquam vnum colatorium sufficit, nec consueta illa, quae vrinam aut sudorem mouent, sola semper sunt in hoc negotio. Mox vomitus cum spontaneis adest alui deiectionibus, mox menses salubriter erumpunt foeminae.<sup>e)</sup> Fit etiam haud raro, ut, pro hominis indole, veluti ille, cum sanguis esset excretionibus haud consuetis usus est, insolitis, sanguinis forte per anum, fluxionibus, tum febres, tum alii

## A 2

morbi,

triculum magis redundant et vomuntur, quae illi insunt, nocentia, quae autem intra intestina, secessu abeunt, veluti ea, quae ex renibus et vesica, minguntur, quae autem ex cerebro, per nares maxime, aliquando etiam columella et palato et auribus evanescuntur.

τε νομίσατοι, τὰ κατ' ἀυτὸν μοχθηρά, τὰ δὲ ἐντέρων, διαχωρήτων, καθάπερ γε τὰ μὲν ἐκ νεφρῶν νομίσατοι κύτεως ὄρητοι: Τὸν δὲ ἐξ ἐγκεφάλου διὰ ρινῶν μὲν μάλιστα ποτὲ δὲ καὶ διὰ ὑρανίσκων νομίσατοι ὑπερώσας νομίσατοι ἐκκενεῖται. GALENVS de Locis affectis Libr. 2.

d) πολυθρύλωτον illud apud HIPP. passim: Πρὸς ὥραν, καὶ χώραν καὶ ἡλικίαν ἔτοι μάζει τὰ ποιητέα ad tempus, et regionem et aetatem facienda attemperare.

e) Ἐυθεσάτοις πυρετοῖς, ὣρᾳ ἀποχωρέουσα, διαχωρήματα κοιλίης, ἀιματος ἐκ ρινῶν δύσις, ὣρησις πολλὴ, ὄμητος, γυναικὶ ἐπιμηνίων ὅδοι. HIPPOCR. περὶ κρίσεως.

Optimi moris februm est, vrinis turbidis, alui deiectionibus, sanguinis ex naribus fluxu, vrinae fluxu copioso, vomitu, quod ad mulierem, mensum via, iudicari.

morbi, leuentur quam efficacissime, id quod ominosum neutruam est, dummodo bonae criseos signa adsint, tempestiuia apparitio, sufficientia, facilitas, et euphoria.<sup>f</sup>) Negandum tamen haud est, esse ex euacuationum numero haud paucas, quae violentiam solidis illatam supponunt, quas, licet morbum aliquantulum solentur, pro fide dignis et legitimis habere neminem decet. Has toto genere a natura abludere illique inimicas esse GALENVS docet, ratio vult, experientia confirmat.<sup>g</sup>) Nemo etiam eorum, qui vires hominis in morbo aestimare norunt, est, quin assensum Scholae Galenicae praebat, quando illa sudores in morbis acutis haud multum optabiles esse pronuntiat eosque naturae, quandoquidem transpirare vel madere satius securiusque sit, parum consentaneos, haud raro exitiales esse iudicet.<sup>h</sup>) Post istas, quibus solida destructa esse discimus, quibus etiam fluida in compactius conuertuntur, et vires hauriuntur, euacuationes, quas symptomaticas magis quam criticas esse, effectus sinister docet, nulla vñquam est, quibusunque, remotioribus etiam a parte affecta, locis, eueniat, quae, si illi optimae purgationis signa,

paulo

f) Τὰ δὲ ὁξέα κρίνετοι, ἀιματος ἐκ ρυῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ οὐχὶ ιδρῶτος πολλῷ γενομένης οὐχὶ ψρὺ πυώδεος οὐχὶ ὑαλώδεος γενομένης ὑπόσασιν χριτὴν ἔχοντος οὐχὶ ἀθρόος γενομένης οὐχὶ ἀποτήματος ἀξιολόγης οὐχὶ κοιλίης μυξώδεως οὐχὶ ἀιματώδεως οὐχὶ ἐξαπίνης καταρράγησης οὐχὶ ἐμέτων ἢ μοχθηρῶν κατὰ κρίσιν: HIPPOCR. Coac. Praenot.

g) Ἐπεὶ δὲ ἀνάπτο τ' αυτομάτω τὸς ἀιμοφραγήσῃ οὐχὶ ἐμέσας οὐχὶ ἀναβρήξας οὐχὶ χρεμψάμενος οὐχὶ κάτω διεχωρήσας οὐχὶ ὄρησας αἷμα τύχη: Ταῦτα μὲν ἐν ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν ἔσι; GALEN. de Causis Symptom. Lib. 6.

h) Ἀμφισβητήσει τὸς οὐχὶ περὶ τῶν ιδρῶτων ᾧδ' αὐτῶν ἔντων κατὰ φύσιν: GAL. de Causis Symptom. Libr. 2.

Morbi acuti iudicantur, sanguine ex naribus fluente, die iudicatorio, et sudore multo facta, et vrina purulenta ac vitrea facta bonumque sedimentum habente et opaca reddit, et abscessu sufficienter magno et alio pituitosa, ac sanguinea, ex improviso fluxili, et vomitu non laborioso, criseos tempore.

Si quis sponte sanguinem fundat, aut vomens aut tussiens, aut screans, aut deiiciens aut sanguinem mingens fuerit. Haec quidem toto genere praeter naturam sunt.

Ambiguus esse aliquis posset, circa sudores, ac si nec illi secundum naturam essent:

paulo post enarranda, insunt, salubris esse haud possit. Saepe insolitis viis humores noxii fluunt; illacrymant salubriter oculi, id quod caeteroquin morbosum est; a vulnere, siue spontaneo, veluti si varices rumpuntur, siue per artem facto, ab ulcere quoquis, alioque impuro inquinamento, quod super cutem efflorescit vel arte prolectum in illa fuit, veluti **HIPPONCRATES** acute vidit, tanquam secundariis et subsidiariis naturae viis, salutem multi accipiunt;<sup>1)</sup> saepe capitis dolores sputis, abscessibus, furunculis, varis, tinea, scabie, aliisque cute educendis, saepe alui fluxu, sopiuntur.<sup>2)</sup> Tanta tamque admirabilis est naturae vis et in deducendis ad commoda colatoria peccaminosis rebus insita diuinitus prouidentia, ut saepe negligetis viis ordinatis, quandoquidem impedimenta adsunt, materia morbi ad organa minus solemnia, legibus circuli deuenhatur. Ita euenire solet in pulmonum et pleurae affectibus, ut, licet proprius ad asperae arteriae fines accedere sanguis et pus queant, veluti in capite de *transuedis ex loco ad locum morbi causis* plenius exponendum erit, tamen vtraque maties haud raro vel renibus mingatur, vel aluo deiiciatur,<sup>3)</sup> licet satis opportunus ille sanitatem procurandi modus haud sit et plerumque male cedat.<sup>4)</sup> Sapienter etiam in conua-

A 3                    lescendi

i) Διέξοδοι: ἔραι, καθ' ὑσέρας, πτύαλοι,  
κατὰ βῆμας, ὅμηματα, ιδρῶς, ἐκ Φυμάτων, ἐκ  
τραυμάτων, ἐξανθημάτων δόκοσα ἀντόμετα,  
δόκοσα τέχνησιν. HIPPOCR. de Humo-  
ribus Libro.

k) ΚεΦαλαιλγίην λύει πύον διὰ ρινῶν ἢ  
πτύελαι παχέα καὶ ἄνοσμα, λύει δὲ καὶ ἐλ-  
κέων ἔκθυσις καὶ κοιλίης ρύσει. HIPP.  
*Coac. Praenot.*

1) Ἀποτύματος ποτὲ ἐν πνέυμασι γενόμενος, δυνατὸν τὸ πύον διὰ νεφρῶν ἐκκαθαρίζειν, καὶ θάρακος διὰ τε τῶν ἐντέρων καὶ τῆς εὐρας: GALENVS de Locis Affectionis Libr. 6.

μ) Ἐπὸ πλευρίτιδος ή ὑπὸ περιπγενεια-

**Exitus:** Vrinae, per vteros, saliuæ, per nares, oculos, sudor, per vlcera, ex vulneribus, exanthematis, quae spontanea, quae arte.

Cephalalgiam soluit pus per nares,  
aut sputum crassum et inodorum,  
soluit et ulcerum eruptio et alui  
fluxio.

Abscessu aliquando intra pulmo-  
nem nato, possibile est pus, tam per  
renes expurgari quam pectori reiici,  
perque intestina et secessum.

Pleuritide aut peripneumonia de-

lescendi negotio ita apud naturam constitutum est, vt excretionum quaedam sit vicissitudo, et, quod alio vel vrinis de*iiici* haud potuit, quod vomitu, dum intra primas vias adhuc est, haud cessit, quod haemorrhagiis absolutum haud fuit, quae omnia, maturius contingentia, vim morborum acutorum efficaciter frangere poterant, tandem, febre magis au*cta*, sudoribus educatur.<sup>n)</sup> Satius tamen optabiliusque semper est, eiusmodi excretionibus morbos iudicari, quae eorum indoli plus magisque respondent, partem affectam prope tangunt, et materiem ipsam mali, locis solemnibus ac consuetis deriuant: Id quod agendum quando in se natura suscipit, vt, vel quod iusto plus est, minuat, vel, quod morbidum, a sano segreget, et vtraque hac ratione purget corpora; opus est, vt, in opere suo, propter imbecillitatem ne deficiat, sed, quod semel agere instituit, strenue, et pro sa*tietatis modulo*, indesinenter continuet perficiatque. Omne enim, quod in excretionibus, paucum est ac intermittens, cum non sufficiat, salutem assequi nequit, veluti **HIPPONCRATES** vbique docet<sup>o)</sup> et ratio suadet, vsus confirmat. Relinquuntur enim, si haec ita fiunt vel in toto homine vel in eius partibus mortis vel noui morbi causae, quandoquidem, veluti febres, icterus, hydrops et innumeri alii morbi in moribus habent,

*vris ἐχοικέναι διαρροίας ἐπιγενομένη κακόν.*  
**HIPPONCR.** Aphor. Sect. VI.

*n) Ἡ ἀναλόγως ἐπιχειρή οὐ γατήρ οὐ  
ὕρων, τῆς ἐκκρίσεως ἔγγυς θάνος, ἐλπίζειν  
χρὴ μίγος, εἰ δὲ ἀμφοτέρων ἐπίχεσις γέγονεν,  
ἢ πάρεστι συμβαῖ εὑμέτες οὐ ἀιμορραγίας,  
ἴδρως οὐδὲ ἀνάγκης έξου πολὺς.* **AETIUS**  
**Tetrabibl. I.** Tra&t. V. v.

*o) Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον τάξιας,  
καὶ θρονού, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρίματα, κα-  
κὸν μὲν πάντως, κάκισον δὲ, ἔγγυς ἀλλήλων  
ἴοντα.* **HIPP. Coac. Praenot.**

tem, si exiguis interuallis haec repetantur.

tento fluxus alui, superueniens, ma-  
lum.

Si conuenienter contineatur alius aut vrina, prope existente crisi, spe-  
randus est febrilis horror, si vtri-  
usque continentia adeat, nec adfiunt  
signa vomitus aut fluxus sanguinis,  
sudor ex necessitate erit multus.

Illud, quod quid paucum compa-  
reat, instar guttarum, quantum et ad  
vrinas et ad vomitum et ad deiectiones,  
malum omnino, peccatum au-

habent, ob vacuationes minus absolutas, pristina infirmitas malo reuertitur augurio.<sup>p)</sup> Ut autem intelligas euacuationes criticas decentes esse, tum ad ea quae purgantur, vtrum ea sint, quae oportet, tum ad effectus, qui abinde consequuntur, respiciendum esse, ex Hippocrate GALENVS docet, in que euphoria aegrotorum, nisi mendax illa est, et stupor magis, quam quies, sed apparente et stabili, post fluxiones conuenientes, criseos legitimae signum collocat, et si contraria his fiant, male sperare iubet.<sup>q)</sup> Verum enim vero, non leuis ille labor est, nec parui constat, illud efficere, quo sanitas, expulsis de corpore rebus noxiis, restitutis salutaribus, homini, cum actionum constantia reddatur atque obfirmsetur: Adsum enim, quo leuior grauiorque morbus fuerit, faciliores difficiioresque superatu resistentiae, quarum expugnandarum studio delata vitae vis, ingenitas sibi facultates, minore vel maiore motuum, quos criticos vocamus, contentione, exercet. Aliquando ea est naturae voluntas, vt debita ad vitam sanam fluiditas restituatur, viae minimae aperiantur, viscida conciduntur, quod est resoluere<sup>r)</sup> hinc tamen eiicere, cum sola resolu-

p) Λέψανα τῶν μοχθηρῶν χυμῶν, ἐγκεταλιπόμενα μετὰ πρίστιν, ὑποστροφώδεις: GALEN. Comm. 2. in Aphor. Hipp.

Στέξεις δὲ ἐλάχισται κακαῖ. HIPPOCR.

Coacae Praenot.

Μικρὰ ἀποσύζειν ἔχει τι δύσκολον. HIPP.

Coac. Praenot.

q) Ἐν τῇσι ταραχήις τῆς κοιλίας ὡφεῖς ἐμέτοποισιν, ἢν μὲν οἷς δῆ καθαρεῖσιν καθαίρωνται, ξυιφέρει τε καὶ ἐυφόρως φέρεσιν, ἔτῳ δὲ καὶ ἡ κενεαγγυήις, ἢν μὲν οἷς δῆ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυιφέρει δὲ καὶ ἐυφόρως φέρεσιν, ἢν δὲ μὴ, τ' εὐαυτίσιν. GAL. Comment. I. in Aphor. Hippocr.

r) Ἔυρεν ἔστι, τῶν μὲν πόρων ἀπάντων ἀναπομαθέντων τῶν δὲ ὑγρῶν τηλεθέντων οὐδὲ λεπτωθέντων, ἕπει τὸ παχὺ καὶ γλίχρου

Reliquiae morbosorum humorum, superstites post crisis, excitantur de novo morbusque reuerritur: Stillae minimae, malae.

Minima stillare, aliquid difficultatis habet.

In perturbationibus alii, et vomitibus, si, quae oportet purgari, purgentur, conducit et aegri facile ferunt; similiter in vasorum euacuationibus, si talis, qualis fieri debet, fiat, conducit, aegri facile ferunt, sin minus, contrarium.

Fluidum erit, si meatus omnes reclusi fuerint, humida conciduntur et attenuentur, ubique crassum

ὑγρὸν

resolutio ad morbos curandos, nullo exemplo sufficiat; Eo autem maior intensiorque est colluctatio, si sanguis iuxta arteriarum apices ita subsistat, vt in serum solui et ad venas reduci haud possit,<sup>5)</sup> quae febrium malignarum et inflammatoriarum in gangraenam proclivium est indoles. Incuneati intra viarum angustias humores<sup>6)</sup> motu indigent, qui propulsioni in venas par sit, efficacissimo, omnium enim humorum difficillimus est, viscidus ille, qui propter diathesin inflammatoriam ἀπὸ τῆς Φλέγειν, phlegma dicitur, vtpote qui tenacius firmiusque minimis inhaeret, quam, fluidum, quodcumque illud sit, aliud;<sup>7)</sup> quapropter, qui ab inde proueniunt morbis, veluti exemplo viscidii pulmonibus inhaerentis clarum est, quod maximo conatu tussique ferocissima difficulter elicetur,<sup>8)</sup> conatus, quibus conualescendum est homini, in sunt valentiores, symptomata critica grauiora eueniunt, euentus in ancipiti ponitur. Quodsi autem solutu difficultor sit viscidii intra viscus scirrho oppressum tenacitas<sup>9)</sup> propterea, quod extremi vasorum apices non tam

angu-

ὑγρὸν οὐ κατὰ τὸ σῶμα: GAL. Comm.  
2. in Aphor. Hippocr.

s) τὰ δυσαπόλυτα νηὶ δυσανάγωγα  
τῶν κατὰ τὰς ἀρτηρίας ὑγρῶν: GALEN.  
de Cauf. Symp. Libr. 1.

t) σφηνῶδει κατὰ τηνάς τῶν σενοχώ-  
ρων ὄδῶν: GALEN. Comm. 2. in Pro-  
gnost. Hippocr.

u) ἵχυρῶς γλίζερον ἐμπλάττεται δυσα-  
πόλυτας τοῖς μορίοις: GAL. Comm. 2.  
in Prognost. Hippocr.

x) ἐνίχεται (τὸ γλισχρὸν) προσκωλλό-  
μενον ταῖς σύραγξι τῇ πνεύμονος: GAL.  
Comm. 2. in Prognost. Hippocr.

y) γλιοχρὸς οὐχὶ παχὺς χυμὸς δυσλύτως  
ἐμπλαττόμενος τοῖς σκιρραμένοις. GAL.  
Therap. ad Glaucon. Libr. 2.

quid et glutinosum humidum existat  
in corpore.

Indissolubilia et irreducibilia, eo-  
rum, quae iuxta arterias sunt, fluido-  
rum.

Incuneati iuxta quasdam angustio-  
rum viarum.

Firmiter viscidum infigitur, diffi-  
cilter resoluendum, partibus.

Inhaeret glutinosum, adglutina-  
tum fistulis pulmonum.

Viscidus et crassus humor, insolubiliter infixus scirrho affectis parti-  
bus.

angustiores facti, quam prorsus excoecati <sup>a)</sup> sunt, languescunt naturae motus, quandoquidem inanis labor est nihilque illo proficitur. Fiunt ergo febres lentae, marasmodeae, et morbus cum homine, ambiguum interea statum seruante, senescit. Alia autem et a priore haud parum discrepans est naturae ad motus criticos destinatio, quodsi, non tam propter humores immotos atque tenaces, sed propterea, quod <sup>b)</sup> plus fluidi vasis insit, quam quod capi ab illis, et circumduci possit, et propter plethoram, siue sanguinis, siue feri, siue totius hominis, siue quorundam eius viscerum, actiones variae laeduntur; tunc enim, ne quid eorum, quae propter plethoram fieri possunt absolent, euariat, euacuationes, quae humoris respondent, per motus singulares ad hunc finem prospicientes, instituuntur et eo usque continuantur, donec mensurae inter solida atque fluida aequalitas restituta sit: Ille autem qui viribus vitae datus est, impetus, efficere semper haud potest, ut necessariae humorum versus locos debitos destinationes, sufficientesque eorum fluxiones celebrentur quam expeditissime, nam excernendorum copia et organorum ineptitudo, quo minus fieri possit quod factu opus est, vehementer saepe impediunt: Fit ergo secundarium quoddam opus, quod excretiobus vtcunque aequiualeat, ut, qui secedere prorsus nequeunt, humores, per totum diffundantur hominem, et ad alias eius partes transferantur. <sup>b)</sup> Incerta omnino, vaga atque lubrica

<sup>a)</sup> Τὰ σόματα τῶν πόρων ἐτεγγύεντοι μόνον ἀλλὰ γηρά παυτελῶς τυφλεύτοι πολλάκις: GAL. de Caus. Morb. Libr. 2.

<sup>a)</sup> Περίττωμα πάμπολυ, σέγνωσις σφόδρα. GAL. de Morb. Causis Libr. 2.

<sup>b)</sup> Ἡ σενοχωρία βλάπτει τὴν διάκρισιν, τὸ δὲ πλῆθος τῆς περίττωματος, ὅταν ἄμετρον ἦ, πᾶν ἐκκαθαρθῆναι μὴ δυνάμενον, ἀματῷ ἄιματι πανταχόσε φέρεται τῆς σώματος. GALEN. de Symptom. Caus. Libr. 6.

Oscula meatuum non angustantur tantum sed penitus excoecantur saepe.

Superfluitates multae, angustia magna.

Angustia corrumpit secretionem et multitudo abundantium humorum, si ultra capacitatem vasorum sit, cum omnis expurgari haud possit, simul cum sanguine, undique per corpus circumfertur.

B

est humoris eiusmodi morbos, qui per debitum sibi organon expurgari haud potuit, destinatio. Mox huc mox illuc transferuntur rheumata; ex pede dolente, causa mali venis absorpta, cordi reddita, pulsu arteriarum applicatur, vti causus equidem fert, mox nobiliori visceri, mox alii, quod ad vitam minus confert; <sup>c)</sup> malo sane aegrotorum fato, si virus illud animale ad nobiliores partes, postquam purgari haud potuit, delatum est: <sup>d)</sup> Admirabilis sane est migrantis eiusmodi materiae, qualiscunque sit, indoles, vt, veluti in arthritide vaga contingit, fulmineo quodam impetu vis morbi ex parte ad partem conuertatur, et aegritudinem, <sup>e)</sup> illa, quae prius fuit, peiores inducat. Cum enim ad perfectam morbi expeditionem, quae in salutem cedat, requiratur, vt vna vel plures, ex illis, quae materiam malorum purgare solent, fluxionibus, locum inueniat, fieri sane aliter nequit, quam quo, si via regia procedere natura nequit, diueticulum quaerat aliqui, seruandi corporis studio, hinc ad partes corporis varias secedant inquinamenta, inque solidum quid difficulter postea mouendum, concrescant. <sup>f)</sup> Neutquam autem fortuitus

<sup>c)</sup> Μοχθυροὶ χυμοὶ ἄλλοτε ἐς ἄλλο μόριον, ἐνίοτε ἀς κύριον μεθισάμενοι, ἐνίοτε δὲ ἐς ἄκυρον. GAL. Comm. 1. in Hippocr. Proverb.

<sup>d)</sup> Ἡ μετάρρυσις ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος γηραιένη: ibid.

<sup>e)</sup> Αἱ ἀς τὰ κύρια μέρη μετάρρωμι διαφέρουσι τὸ ἔπιστημες. ibid.

<sup>f)</sup> Τῶν ζώων ἡ φύσις ἐστιν ὅτε τὰς ἐν τοῖς κυρίοις μέρεσι, μοχθυρὰς χυμὰς ἐκκενεῖσσε, τινὰς μὲν δι' ὕδρων ἡ ἐμέτων ἡ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκρίνει, τινὰς δὲ ἐξωθῆ μὲν ἐπὶ τὸ δέρμα; κανῶσι δ' εἰ δυναμένη διὰ τὸ πάχος, ἀποτίθεται ταῦτη, φύματα δὲ ἐν τῷ σώματι ἔτω γίνεται. GAL. Comm. 2. in Aphorism. Hipp.

Laboriosi humores, in aliam aliquamque partem, aliquando in principem transeunt, aliquando ad ignobiliorum.

Transfluxio ex parte ad partem facta:

Ad nobiliores partes factae transfluxiones, corruptunt id, quod fieri par est.

Animalium natura quandoque nobiliorum partium prauos succos euacuans, quosdam equidem per vrinas vel vomitum vel imum ventrem proiicit, quosdam autem ad cutem propellit: Euacuare autem haud valens, propter tenacitatem, deponit alicubi, et infarctus in corpore sic fuit.

ille est casus, ut perinde sit, quorsumcunque malus humor vergat, nec etiam soli naturae voluntati, quamuis facultas ista principio vitali deneganda prorsus haud est, ille euentus tribuitur, sed mechanicae, cur illud ita fiat, rationes subsunt. Quodsi enim, veluti GALENVS haud ignorauit, quo cunque vel regiminis vel therapiae peccato, vel insufficiente ad motus robore vitali, vel excernendorum copia, crisis legitima, euacuatione debita, haud contingit, transfluunt retenta et in partes magis imbecillas deferuntur.<sup>g)</sup> Quapropter vel ad glandulas, vel ad extrema, vtpote quibus textura laxior, per indolem suam, data est, conuertitur humoris residuum.<sup>h)</sup> Maior tamen semper est morbi metastasis passi difficultas, nam vel imperfecta illa crisis est vel omnino perniciofa.<sup>i)</sup> Neutiquam autem ad culposam materiae morbificae versus partes proiectionem referendi sunt illi decubitus, quos morborum indoles

B 2 secum

g) Τιὸς συμβάντος ἀμαρτῆματος οὐκ ἔτ' ἀντάρκει μονὰ τὰ φυσικὰ τῶν δργάνων ἀποκαθαίρειν τὸ πλῆθος τῇ περιπτώματος, καὶ ἀν τέτῳ κατασκήπτει ῥεύματα τοῖς ἀδενοφέροις μορίοις, τεγνωθέντων τῶν ἐκκαθαρόντων αὐτὰ πόρων. GALEN. de Causis Morborum Libr. 2.

h) Βι μὲν δή τις ἀθρόως ἀπηλάγη τῆς νόσου, πάντως μὲν τέτω κένωσις ἀξιόλογος ἀπήντησε, δι' ἐμέτων ή γαστρὸς, ή ίδρωτων ή ὕδρων ή ἀιμορφαγίας ἐκ ρινῶν ή ἀιμορροΐδων ή ἔδρας, ή κατακεμψίων φορᾶς ἐπὶ γυναικῶν; ἀλλὰ καὶ παρωτίδων ἀπηλαχέν οὐδίγης θν καιρῷ τῷ δέοντι, καὶ οὐδὲ γόνατα, καὶ οὐδὲ πόδας καὶ οὐδὲ ἄλλοι καὶ άλλο τῶν ἀκύρων μορίων ἀπόσκημα. GALEN. de Crisis Libr. 3.

i) Η παρωτίδες ή τ' ἄλλα ἀποσκήματα, σύμπαντα καὶ κρίσιμα καὶ τὰ πρίσιμα γίγνεται κατὰ διττὸν τρόπου ή τῷ μήδ' ὅλῳ πειποι κρίσιν ή τῷ κακῷ ἐργάζεσθαι. GALEN. περὶ κρίσεων ἀ. ποιοι αὐτοὶ

Accidente quodam peccato, non sola sufficiunt naturalia organa, ad expurgandam superfluitatum copiam, et propterea incident rheumata debilioribus partibus, in angustiam coactis, qui illa, purgant meatibus.

Si quis sincere reuersus est ex morbo, omnino quidem huic vacuatio fide digna occurrebat, per vomitus, aut aluum, aut vrinas, haemorrhagias narium, aut sanguinis ex ano fluxus, aut mensium deiectiones in foeminis. Enim uero etiam ille ad parotides, conuertebat haud paucos, si in legitimo tempore, et ille, qui in genu et pedes et in aliam aliamque ex ignobilibus partem iuit, decubitus.

Aut parotides, aut alii decubitus, et iudicare valent et minus valent, dupli ratione, dum vel perfecte crisis haud faciunt, vel male efficiunt.

secum affert, siue in aliqua parte firmentur, vti arthritides fixae id volunt, siue in toto homine circumneant, vti arthritides vagae et rheumata in moribus habent.<sup>k)</sup> Saepe etiam vagae quaedam et instabiles euacuationes, per metastasis in locum legitimarum surrogatae, tamen morbum soluunt, quales sunt sudorum deiectionumque alii vicissitudines, retrograda iterumque reuersa exanthemata.<sup>l)</sup> Quicquid autem illud est negotii, quod vitae seruandae causa suscipitur, non potest non, aliquo et tali impetu, qualem morbi et causarum obliquantum vis postulat, expediri: quapropter illo tempore morborum, quo robur vitale magna contentione morbidum a fano separare intendit, maiores, quam quae paulo ante erant, afflictiones, aegrotus persentiscit, quod παροξύνεσθαι exacerbari ταράττεσθαι perturbari dicitur. Ipse ille tumultus, quo vires hominis efferruntur, dum penes virtutem vitalem decreatum est extrema quaevis pro vita lucranda pati atque agere, παραχῆ, perturbatio critica,<sup>m)</sup> appellari suevit, quandoquidem tranquillitas aegroti eo tempore, quo crisis consecutura est, plus magisque laeditur.<sup>n)</sup> Magna etiam illius intra ho-

k) Σκεπτέον ἔτε σύμπαν ὕδη τὸ περιτόνης ἡ φύσις ἐναποτίθεται τοῖς πεπονθόσι μέρεσι, ἢτ' ἐσὶν, ὅτι καὶ ὅλον τὴν γών τὸ σῶμα μοχθηρῶν χυμῶν περιγράφει: GAL. Comment. 2. in Aphor. Hipp.

l) Ἐνίστε δ' ἐκ ἡς τὸ δέρμα τὴν δριμὺν ἄλλο ἐις τὸ ἔσω τόπος ποιησαμένη, (ἡ περιστία) δι' ἐμέτων τε ἀμαρτιῶν διὰ κάτω γατρὸς ἐκκενεῖται, πολλάκις δὲ ἔσω τε ἦξω κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἥνεκαν. GAL. de Caus. Sympt. Libr. 5.

m) Καὶ μὲν δὴ καὶ προηγήται, καὶ συνέδρευει ἡ σμικρὰ ταραχὴ κατὰ τὸ σῶμα τὸ κάμνοντος, παραπαιεῖτε καὶ δισπνεῖται καὶ ασθόης ἐστί. GAL. de Crisi Libr. 3.

n) Προηγμένην ἀπαστῶν τῶν ὀξυρρόπων ἄλλοισεων ταραχὴν ὄνομαζειν, ἐθέλοι τις. GALEN. περὶ κρίσεων β.

minem  
Dispiciendum, vtrum totam iam superfluitatem natura deposuerit intra partes affectas, aut potius in toto animalis corpore sit superuacuum istud.

Aliquando non versus cutem sed ad internas partes impetum faciens abundantia, per vomitum simul et imum ventrem euacuatur, saepe etiam et ad intra et ad extra, eodem die delata est.

Et quidem praecedit ac concurrit non leuis perturbatio in corpore aegroti, delirant enim et anhelose respirant et inquiete se iactitant.

Praecedentem omnes subitaneas mutationes perturbationem appellare quis posset.

Δυτφερία

minem factae commotionis est necessitas, placide enim solni humorum lentores, acredines, infarctus, et solidorum vitia quaevis, nequeunt,<sup>o)</sup> sed conflictus aliquis esto, quo compulsa causa morbi cedat crisisque consequatur.<sup>p)</sup> Id quod, licet in omnibus morbis ita euenire solet, ut maior mali sensus crisi praecedat, in febrium tamen exacerbationibus longe id fit manifestius, dum, quod paroxysmum antecedit, quodque ipsam exacerbationem conficit, tempus, luctuosius omnino est, illo, quod consequitur.<sup>q)</sup> Postquam enim, quantum ad intermittentes, frigus febrile, magno et tremebundo muscularum motu, quem suspiriosa respiratio comitatur, caufam, quae maiorem morbum, si manet, factura est, vehementer excussit minimis viscerum locis, tandem, post aestus coctionis causa excitatos, sudor cum euphoria consequitur.<sup>r)</sup> Est adeoque in horrore febrili singularis quedam vis atque efficacia tum alios humores tum sanguinem

B 3 ipsum

*Δυσφορία προηγήτου κρίσεως ἀπάσης. GAL. ad Glaucon. Therapeut. Libr. 1.*

*ο) Χρὴ, εἰ μέλλοι βεβαιώς πάνεθαι, μεγάτι καὶ ιχυρὸν νόσημα, προηγήσαι τῆς λύσεως. GAL. περὶ κρίσιμων ἡμερῶν ἀ.*

*p) Σφόδρα καὶ ἀγωνιτικὴ κρίσις. GAL. περὶ κρίσεων γ.*

*q) Μελλόσης παρῆνοι τῆς κρίσεως, προηγήτῳ δὲ σμικρὰ παραχῆ κατὰ τὸ τῆς κάμνοντος σῶμα, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῆς προκριτικῆς παροξυσμοῦ νύκτα. AETIUS Testabibl. I. Tr. V.*

*\*Οκόσαιπι ἡ κρίσις γίνεται, τυτέοισιν ἡ νύξ δύσφορος ἡ πρὸ τῆς παροξυσμοῦ, ἐπιτεσσα ἐνφορωτέρη ἡς ἐπὶ τὸ πολὺ. HIPPOCR. Aph. Sect. II.*

*r) Τῆς κακήσεως καὶ Φορᾶς ἀυτῆς τῆς Φύσεως ἄμα τα σύμπτωμα καὶ σημῖνον ἐσὶ τὸ ψεγμός, καὶ δὴ καὶ οὐρανοὶ τὸντεῦ διάτη ψεγμόντες. GAL. de Caus. Sympt. Libr. I.*

Maior mali sensus praecedit crisi omnem.

Oportet, si perfecta quies futura est, magnum et validum morbum praecedere solutionem.

Vehemens et luctuosa crisis.

Crisi apparitura, praecedit non parua perturbatio in aegroti corpore, maxime in ea nocte, quae paroxysticam crisi praecedit:

Quibus crisis fit, his nox est difficilis ea quae ante paroxysmum, quae sequitur, facilior ut plurimum.

Motus atque impetus naturae simul et symptoma et signum est frigus, nam et sudant abinde ita frigentes.

ipsum versus colatoria debita compellendi, vt propterea et signum sit saepe salutare horror superueniens, indicat enim, pus generari intra abscessus, excretiones imminere cruentas<sup>5)</sup> et alia quam plurima, quod exponere nunc longum foret, salutis causa perfici. Solent ergo penes febres istas algidas eo copiosiores esse sudores, aestusque eo est remissior, quo tremebundum magis fuerit frigus, vt intelligere possis, sudores frigoris modulum sequi et salutarem motus huius effectum esse; nec enim ante, quam vbi aestus sese remiserit, sudores apparent,<sup>6)</sup> veluti in magnis muscularum motibus parcior est sudor, illo, qui quiescentibus a cursu aut alio graui labore, superuenit.<sup>7)</sup> Neque vero et vrinae durante paroxysmo febrili turbantur, sed absoluto demum eodem, sedimentum ponunt, nec alii deiectiones nec vlla alia ex spontaneis euacuationibus in omni morborum decursu procedunt, nisi magnus aliquis confictus intra hominem, in quacumque demum sensione tristi consistens, praecedat<sup>8)</sup> quae omnia, prouidentiae

5) Ρίγη, μάζων τὴν κίνησιν ἐργαζόμενες δὲ τὰ σώματος υφὶ τὰ καθ' ἑωυτὸ πλεονάζοντος ἀιματος ἐπεγέρει τὴν φύσιν ἐς ἀπόκρισιν τὰ περιττὰ; GALEN. Comm. 3. in Libr. 3. Prorrh. Hippocr.

Περὶ τὰς γενέσιας τὰ πύε ὁ πόνος υφὶ δὲ πυρετοὶ μᾶλλον, ἢ γενομένια. GAL. de totius morbi temporibus.

Τπὸ κάυσις ἐχομένῳ ἐπιγενομένῳ ῥίγεος λύσις. GAL. περὶ κρίσεων β.

7) Οὐδὲ ὁ πονῶντες, ἀλλ' ὅταν πάσσωνται, μᾶλλον ἰδρῦσιν. THEOPHR. de Sudoribus Libro.

8) Διαλέποντες τῷ τρέχειν ἢ παλαίειν μᾶλλον ἰδρῦσιν. THEOPHR. de Sudoribus Libro.

9) Ἐπειδὴν ἡ φύσις ἐπάγγεται πρὸς ἔκκρισιν, ἀξιολόγος, ἐν τῷ σώματι γίνεται ταραχή. GALEN Comm. 3. in Hipp. de diaeta acutorum.

Frigora, maiorem motum facientia totius corporis et abundantis in illo sanguinis, excitant naturam ad separationem superflui.

Circa generationes puris, dolores et febres magis, quam vbi illud factum est.

Ab ardente febre correpto, superueniente horrore, solutio.

Non in summo morbi statu, sed vbi quieuerunt aegri, magis sudant.

Qui desistunt a cursu aut palaestra, magis sudant.

Si natura excitatur ad euacuationem, notatu digna in corpore fit perturbatio.

tiae<sup>y</sup>) virtutis vitalis, et ingenitis homini facultatibus<sup>z</sup>) bonitate viscerum suffultis,<sup>a</sup>) debentur: Si tamen, siue in febribus, penes quas perturbationes criticae et frequentiores et vehementiores esse solent, siue in morbis chronicis, ad proximam, quae corpus ad crisi instigat, causam respicias, pro triplici ista, qua morbi conuertuntur, ratione, ut resoluatur, ut coquatur simulque euacuetur, utque transferatur ad partes materia, vario etiam modo impetus intrinsecos hosce excitari videbis. Ut enim aliquid disiiciatur, vel ab acreline remittat, ac organis excretoriis adaptetur, aestu<sup>b</sup>) qui a cordis et arteriarum motu pendet, opus est; Ut etiam causa morbifica ex loco in locum migret inque partibus ad vitam minus necessariis subsistat, vi cordis haud exclusa, ipsius materiae summa mobilitas accusanda erit, qua sit, ut illa, leuibus quibusuis offenditionibus, veluti penes exanthemata videmus, disiici et sanguini de novo admisceri, hinc vehementes motus concitare possit.<sup>c</sup>)

## Quan-

y) Ἰδρῶς, ἢ γαστρὸς διαχώρησις ἢ ἔρα, τοῖς ἀρρώστοῖς γίνεται μὴ ὅτι βεβλαμμένης ἐνεργάς τηὸς, ἀλλὰ καὶ μετὰ ράμης καὶ προνοίας τῆς ζώνης. GALEN. de causis morbor. Lib. 2.

z) Ἡ Κίνησις ἀπασα συμφύτω δυνάμεως ἐστιν, ἡν ὄνομάζειν ἔθος ἡμῖν ἐκκριτικὴ τε καὶ ἀποκριτικὴ: GALEN. de Causis Symptomat. Libr. I.

a) Ἐυπνοιαιν χρὴ νομίζειν πάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην, ἐν ἀπασι τοῖς ὀξεσι νοσήμασιν ὅσοι ξὺν πυρετοῖσιν ἐστιν. HIPPOCR. Prognost.

b) Καῦμα καὶ φλογιδὸς ἔχατος πατέται μέχρι τηὸς, μέχρις ἂν τὰ ρέυματα πεφθῆ καὶ γένηται παχύτερος: HIPPOCRATES de Veteri Medicina.

Παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρησις πρὸς τὴν κρίσιν οὐσιας τῆς νόσου: HIPPOCR. Prognost.

c) Οἱ χυμοὶ ἐν κινήσῃ σφοδροτέραι καὶ μεταρρύσει ἐξ μορίων οὐς μόρια ἐνοχλεῖσι

Sudor aut aluina excretio, aut vrina, infirmis fit, non ob facultatem aliquam laefam, sed secundum robur et prouidentiam animalis.

Motus omnis connatae virtutis res est, quam nominare consuetudo nobis excretoriam et secretoriam.

Liberam respirationem, oportet existimare, magnam vim habere in morbis acutis, quotquot cum febribus sunt.

Aestus et ardor extremus est ad certum terminum aliquem, donec scilicet, quae fluere debent, coquuntur et crassiora fiant.

Incrassari oportet excrementum quodvis, ad crisi procedente morbo.

Succi in motu vehementiore et transfluxione ex partibus ad partes, pertur-

Quantum autem motus istos criticos, qui euacuationes procurant, attinet, oportet illos adesse, molliter enim humores ad conueniens, quo purgari possunt, organon, motu cordis et impetu spirituum, haud feruntur, sed fluxiones quasuis extra corpus factas aliasque, praecedit tristis intra aegrotum sensio et tumultus aliquis, qui impulsui causarum agentium soli non debebitur; <sup>d)</sup> est enim in humoribus ipsis quaedam credo, quae, secundum leges machinae vitalis, sensu stimuli, corpus ad notabiles motus excitat, et perturbationum criticorum causa esse potest, prout antiqui haud ignorauerunt. <sup>e)</sup>

τὸν ἀνθρωπὸν κινύντες καὶ γαργαλίζοντες καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐκπιέζοντες, ἀλλ' ἀυτοὶ τε κινύμενοι καὶ μεταρρέοντος, ἐνοχλοῦντες τὴν τοσάντη φορὰ τὸν κάμηνονται: GALEN.

Comm. I. in Aph. Hipp.

d) Τὰ λυπῆντα τῷ βιασῷ σεισμῷ καὶ κλόνῳ ὀπίζουσι φέρεται, παντυπρὸς τὰς ἀκόντιας τόπους, τὰ μὲν ἄς τὴν ἄνω τὰ δὲ ἄς τὴν κάτω γασέρα τὰδ' ἐπὶ τὸ δέρμα πρὸς τύπτος: de Causis Symptom. Libr. I.

e) "Οταν πικρότις τις ἀποχυθῇ οὐ δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, διαι ἀσαι νυχὶ καῦμα καὶ ἀδυναμίαι κατέχεσσιν, ἀπαλλασσόμενος δὲ τυτέν ενίστε καὶ καθαιρόμενοι οὐ ἀυτόματοι οὐ ἀπὸ φαρμάκεως, οὐ δὲ καιρῷ τι ἀυτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θερμῆς ἀπαλλάσσονται, ὅσον δὲν χρόνον τῶνται μετέωρα οὐ καὶ ἀπεπταντο καὶ ἀκρυτα, μηχανὴ οὐδεμίᾳ ὅτε τῶν πόνων πάσσασθαι ἔτε τῶν πυρετῶν: HIPPOCR. Vet. med.

perturbant hominem mouentes et quiescere haud sinentes, sed ipsi commoti et transfluentes, turbant hoc suo impetu aegrotantem.

Res afflgentes valido motu et tumultu propulsae feruntur paxim ad conuenientes locos, quaedam ad superiorem, quaedam ad imum ventrem, quaedam ad cutem extrorsum.

Si ista amaritudo effunditur quamibilem flauam appellamus, quales inquietudines, aestus, debilitates, hominem tenent; hoc autem humore priuati, aliquando purgati vel sponte vel pharmaco tempestiuo, manifeste doloribus et aestu leuantur; quamdiu autem illi turgescunt vel crudi sunt nec mixti, nulla ratio adest, quafiat, vt vel dolores vel febres quiescant.



~~vgl. 225, 4 ff.~~

Path. gen. 8179

